



**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egrae, 1689

Problema XX. Qui, & Quare cogitent mala? Dominica XVIII. Post Pentecosten. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Matth. 9. v. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)



PROBLEMA XX.

Qui, & Quare cogitent mala?

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Matth. 9. v. 4.

S. I.
Pharisei
fimiles pa-
vonibus.

Nè quære ò optime JE-
su cur mala in cordi-
bus suis cogitent , in
promtu tibique ap-
primè perspecta est
ratio , mala cogitant,
quia mali sunt. mali corvi malum
ovum. foetus cordis sunt cogitatio-
nes , à corde malo non nisi malæ
concipiuntur. Ut quid cogitatis
mala ò Pharisei , nisi quia ipsi blas-
phemi pro blasphemo sanctissi-
mum censetis DEi filium ? Pavonem scribit Anglicus Bartholomæ-
us l. 12. de proprietatibus rerum c.
31. cùm femella posuit ova , persequi
marem & reperta frangere. cur
hoc ? an natura invidet nobis pro-
pagationem volucris tam nobilis ?
Scorpio jure devorat foetus suos,
quia noxii sunt, cur pavo ? ò Audi-
tores nec omne quod splendet au-
rum est , nec omne quod bonum
videtur , reverà tale est . Pavo ha-
bet pennas Angeli , sed gressum fu-
ris , caput serpentis , vocem diaboli.
merito adhuc in ovo ab ipso patre
ad necem quæritur . Pavones é-
rant Pharisei , ad speciem Angeli ,
sed cùm de proximo loquendum ,
detrahabant tam liberè , ut vocem
haberent diaboli , caput serpentis ,

quia invidiâ pleni & dolo erant , ge-
nimina illius , qui ex invidia abstulit
paradisum , gressus furis , quia sub
prætextu pietatis spoliabant viduas
& pupilos hæreditatibus. in hac
tamen parte pavonibus deteriores ,
quod suos foetus non quæsierint ,
cognitionum inquam suarum mali-
tiam non scrutati sint , neque in radi-
ces earundem investigarint . quas
dum ego in lucem hodiernam pro-
fero , nolite cogitare mala in cordi-
bus vestris , quia ut dubitare non
possum , ad Bonos loquor & Bonas .

Impudentissimus Orci canis
ausus allatratre Dei filium , imò &
mordere nifus , super templi pinna-
culum eundem extulit & extemplo
super montem excelsum statuit , o-
mniaque regna mundi & gloriam
ostentavit , ut lapsum persuaderet .
unde hæc insolens audacia ? respon-
det Author imperf. hom. 5. sicut
diabolus concupiscentiâ vanæ gloriæ
ipseruit de cœlo , nam cùm esset ange-
lus , volens se ostendere DEum , perdi-
dit & illud quod erat ; sic putavit &
Chrïstum concupiscentiâ vanæ gloriæ
ferri ; nam sicut difficile aliquem su-
spicatur malum , qui ipse est bonus , sic
difficile aliquem suspicatur bonum , qui
ipse est malus .

Com-

§. 2.
Ideo da-
montentat
Chrïstum
ad super-
biam quia
superbus
ipfe .

§. 3.
Adam genuit filium
Seth ad summum non
DEi similitudinem
quia vitiata natura
rat natu-
ram.

Compendium Geneseos ponens Moyſes sic inquit c. 5. v. 1. & 3. *Hic est liber generationis Adam in die quā creavit Deus hominem. Ad similitudinem DEi fecit illum. Adam genuit filium ad similitudinem suam. in quibus observandum verbi est, quod Adam dicatur factus ad similitudinem DEi, Seth vero genitus ad similitudinem Adami, cur non potius ad similitudinem DEi? quia natura vitiata originali culpā non potuit aliam generare natūram, quam sibi similem. animadversio hæc est Tostati: Dicitur genuisse ad imaginem & similitudinem suam, & non ad imaginem & similitudinem DEi, quia natura corrupta prolem ad DEi imaginem & similitudinem referre non potuit, sed talem genuit qualis erat. qualis pater, talis filius, qualis author, talis conceptus, qualis pictor, talis imago. Similiter tales quisque format imaginationes, qualis ipse est; judicia ad imaginem vitæ morumque suorum generat, ut quotidiana docet experientia. omnes mendaces putat, qui nunquam verum loquitur: omnes pro criticis habet, qui neminem non cavillatur. Hoc est quod Chrysostomus asseveravit homil. de David & Saul: Plerumque vulgus hominum ex suo animo de aliis judicat: velut qui sepe inebriatur, haud facile credere potest esse quempiam hominem sobrie frugaliterque bibentem: qui scortis indulget, etiam pudicè viventes habet pro incontinentibus.*

§. 4.
Cain putat omnes esse homicidas, quia ipse talis.
ait S. Thomas Aquinas in c. 7. Joann. ut credant, alios similes eis animi passiones habere. Fratricidam Cainum maledictione justus Deus percuferat: *maledictus eris super terram; at ille conclusionem mox temeritate plenissimam infert: omnis igitur qui invenerit me, occidet me, quis ille omnis?* an pater an

mater? crudelissimus iste fratricida quia fratri non pepercit nec ab ulla creatura sibi parcendum putat. nimis ut ex Augustino jus loquitur C. nonnulli dist. 46. *malus malum, bonus semper bonum præsumit.* Damnatus epulo preces suas non vertit ad Lazarum, sed ad Abrahamum, quia adhuc malevolentia in sanctum mendicum flagrabat, & juxta affectum suum crudelem metiebatur & Lazari cor, quasi immite ac ferum. audiamus Theophylactum: *Cur non vertit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham?* confundebatur fortasse existimans Lazarum vindicta avidum, & ex suis causis judicabat illum, immisericors epulo judicabat & Lazarum tamē esse. Et hoc parum est, quod homo hominem tamē censeat, qualis ipse est, in ipsummet adeo DEum venena audit effundere & Deum de suo metiri. *Quā bonus Israël Deus his qui recte sunt corde exclamat sacer Citharædus,* tam bonum habemus DEum, ut melior esse non possit; sollem suum oriri super bonos & malos facit; benefacit malevolis, prævenit omnes gratiis, nec momentum abire finit, quo non conferat novum cuiilibet beneficium. Bonus est etiam erga damnatos, damnosque, imò his longè majora præelectis confert beneficia. nihilominus tamen cum omnibus tantoperè benefaciat, non satisfacit nisi bonis, et si in seipso infinitè bonus sit, malis autem non videtur bonus esse. *Quā bonus Israël Deus his qui recte sunt corde?* qui autem depravato sunt corde, talem sibi metiuntur & mentiuntur DEum, quales ipsi sunt, ita ut apud Sanctos Deus audiatur sanctus, apud perversos audire debeat perversus. Augustini hæc est Commentatio in Ps. 44. ait in alio loco Psaltes: *cum Sancto Sanctus eris, & cum perverso perversus eris, non quia*

§. 5.
Malus homo etiam Deum malum putat.

Ps. 72. v. 1.

quia per versus DEus, sed quia perversi per versum eum putant. placet tibi bonum, bonus est DEus, displicet tibi quasi pravus est, curvus est ad te DEus, tua curvatura facit hoc, nam illius redditudo semper manet. audi in alio Psalmo: quam bonus DEus Israël rectis corde.

§. 6.
Adam &
Nabucho-
donosor
ex suo me-
tiuntur
DEum.

Quamdiu recto corde Adam fuit, non timuit Deum, non erubuit, non se abscondit, at postquam concupiscentia illi potior fuit precepto Dominico, abscondit se & nuditatem praetexit: *timui eō quod nudus essem,* & abscondi me Genes. 3. v. 10. ecce Adam ex sua erubescientia metiebatur Deum, quasi hic pudefieret ex nuditate corporum, sicut ipse nudus erubescet. non ita mi Adam, DEI oculis omnia nuda sunt, nec ideo minus videt, quod vestibus tectus sis aut absconditus, imò ita tecum inveniet, prodet, confundet, quod tu DEum ex te depingas.

Absurdius Adamo Nabuchodonosor deliquit, cum ita de DEO judicavit Daniel. 4. v. 31. & 32. Regnum ejus in generationem & generationem, *juxta voluntatem suam facit tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus terra,* & non est qui resistat manui ejus. audistis impii Regis blasphemiam? venenum Saccharo condit, fel melle tegit, vitium in medio collocat, dum dicitat: *juxta voluntatem suam facit,* quasi diceret: non attendit quid expedit at creature sed quid arrideat ejus potentiae. voluntas illius pro fulmine est, quo sternit omnia. Reclamat blasphemo Regi S. Hieronymus: *loquitur quasi homo sæcularis,* non enim quod vult hoc facit, sed quod bonum est, hoc vult DEus. aurea prorsus Doctoris Maximi sententia, unde bonus quisque ingens in omni casu solatium hauriat. Non agit Deus cæcè, non agit tyrannicè, non querit suum interesse, sed no-

strum unicè spectat emolumentum, neminem creavit ut damnet, neminem deserit priusquam desertus fuerit, neminem flagellat ut perdat, neminem tentat, ut condemnet. at unde Rex Nabuchodonosor talem de DEo concepit existimationem, quasi à sua Omnipotencia cæcè se finat abripi, nec attendat, quid magis expediat? ipse met talis fuit, qualem Juvenalis depingit: *Sic volo, sic jubeo stat pro ratione Voluntas.* Loquitur ut homo seculi, loquitur in opprobrium suum; quisquis enim male sentit sive de Deo, sive de proximo suo, certum sibi opprobrium adsciscit: *amputa opprobrium meum* rogat Psaltes Ps. 118. v. 39. *quod suspicatus sum,* hoc est, ut Cardinalis Hugo interpretatur: *fac nè malum suspicer de alio, quod si faciam est opprobrium meum,* quia & falsum iudicio, & me talem qualē eum suspicor esse vel fuisse ostendo. Similiter S. Augustinus in Ps. 118. *amputa opprobrium meum, quod de aliis suspicatus est,* hoc enim prolicius homo suspicatur in alio, quod sentit in se ipso.

Joann. 8. adducunt mœchorum Duces pharisæi adulteram in flagranti flagitio deprehensam ad tribunal JESU: *Magister hæc mulier modò deprehensa est in adulterio* v. 4. lex nostra Levit 20. v. 10. fert lapidationis sententiam. tu ergo quid dicas? cur amne potiorem legis habes, quam meretricis, quid tuo voluntas in corde, quid decidis? O temerarii nebulones, meus Jesus non est tam præceps, ut parte inauditâ alterâ ferat sententiam, fortè oppressa est sicut Thamar ab Ammone 2. Reg. 13. fortè intercessit ignorantia inculpata. Tacet itaque JESUS JUDEX omnium, cui Pater omne dedit judicium, tacet inquam, & non condemnat. illi autem non desisterunt cum suo Ergo. cum ergo perseverarent interrogantes eum erexit se v. 7. scri-

§. 7.
Cur Phari-
sei adulte-
ram addu-
cant ad
Christum.

scripsit interea JESUS, & quid scripsit? sunt, qui putent, fatalia hæc verba: *Mane Thecel Phares*, quæ Daniel. 5. in convivio, Balthasaris Anno mundi 3516. digiti ignoti Scribæ scripserant in pariete aulæ contra candelabrum, nunc à JESU denud exscripta fuisse. Dionysius Carthusianus censet exarata hæc verba: *Terra judicat terram*. alii eadem verba quæ dixit: *qui vestrum sine peccato est, primus in eam lapidem mittat*. S. Ambrosius ep. 79. ait scriptam fuisse sententiam: *festucam quæ est in oculo fratris tui vides, trahem verò quæ in oculo tuo est non vides*. S. Hieronymus lib. 2. contra Pelag. scripsit eorum qui accusabant peccata mortalia juxta illud Jerem. 17. recedentes à te in terra scribentur, quæ singuli legentes & se velut in speculo contemplantes, remiserunt ab accusatione & judicio & condemnatione: *unus post unum exhibat incipientes a senioribus v. 9. ostendit iis Jesus, si ipsi non essent adulteri, adulteram non adduxissent, non accusassent*. Christianè Seneca lib. 7. de beneficiis: *fortasse vitium de quo quereris in sinu invenies, si te diligenter excusseris, uti meritò in tum ipsius sinum inspicere possis ac debas, & quoties de alio succurrat improba cogitatio dices: hæc (& his graviora) & ipse commisi. sed nimirum videmus mantissimam non manticam nostram, quæ à tergo est, uti fecit Moyses Ab. accersitus ad judicandum fratrem. vel patrasti vel patrabis similia, ut in se expertus est Vir Sanctus Machates teste Cassiano lib. 5. institut. c. 30. mibi manifestè compertum est iisdem vitiis hominem illigari, in quibus de aliis judicare præsumserit, maneat ergo vera paræmia: mala mens, malus animus. ostendunt, quām sancte ipsi vivant, qui male de omnibus suspicantur S. Hieronymus ad Vigil. in principio.*

Qui nauseâ & vertigine laborant ait Gregorius Nazianzenus orat. 16. omnia sursum deorsumque verti putant, cum ipsi vertantur. ita perversti pervertunt omnia, juxta tritum illud: *Omnia perversæ posunt pervertere mentes*. Dorotheus vero doct. 16. ait: *melancholici quidquid sumunt, vertunt in billem, hydropticæ in aquam, in flavedinem iæterici*. sic animæ malè dispositæ unaquæque res quamvis bona & utilis suo vitio nocet.

Jobum gravissimè afflictum convenere amici, non ut solatores sed censores, pungebant enim eum quasi hypocritam occultis scatenem criminibus, ob quæ adeò enormiter è DEO vindice plesteretur. ad quos ille conversus in hæc verba prorupit c. 19. v. 22. *quare persequimini me sicut DEUS?* non est satis quod me flagellet omnipotens, etiamne vos iniquis linguis flagellatis? *quare sicut DEUS?* o Job quid loqueris? si te persequuntur sicut DEUS, ergo faciunt optimè, quia se conformant Deo. file, nè querere, DEUS te persequitur justè, si illi sicut Deus, ergo justissimè atterunt, te. respondet pro afflictissimo Jobo S. Gregorius lib. 25. fol. 90. non ita intelligenda sunt verba mea: sicut Deus, hoc est, ac si vos o amici nullis miseriis effetis obnoxii: ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac si ipsi more Dei de infirmitatibus meis nihil habeatis. Bona est hæc verborum Jobi interpretatio, sed meo judicio melior adhuc, quam S. Paschalis lib. 2. c. 1. attulit: *quare persequimini me sicut DEUS, verba sunt non conquerentis sed in crepan- tis, quomodo vos inquiritis in statum conscientiae meæ, & judicatis me de internis, quod soli DEO competit?* Auditori tantum debetur hoc privilegium, ut conscientiam possit intrare: secretam hanc clavim, soli sibi re-

S. 8.
DEO se af-
familat qui
de inter-
nis judic-
cat.

servavit: *ego Dominus scrutans cor*
Jerem. 1. v. 7. de internis alios cen-
surare, est se Altissimo æquiparare,
quid? cogitare de altero mala in
cordibus suis, est dæmonem incar-
natum repræsentare. *Æmulantur*
di-vinitatem ait Tertull. Apolog. 22.
dum furantur di-vinitatem, hoc est,
dum usurpati judicandi alios maxi-
mè de internis facultatem. Quod
Achab ad Prophetam dixit 3. Reg.
20. hoc aliquando tibi DEus repe-
tit, quisquis mala de proximo tuo
in corde tuo cogitas: *hoc est judici-*
um quod ipse decrevisti, quisquis ma-
lè de aliis sensisti, malum te ipsum
effecisti.

§. 8.

Repre-
henditur
malus ado-
lescens
qui Chri-
stum vo-
cat bonū.

Marci 10. blandissimis verbis
Christum interpellat adolescens:
Magister bone quid faciam, ut vitam
eternam percipiam. sensit aculeum
Dominus & reposuit: *quid me dicis*
bonum? quid? bonum? quis te o
Christe bonum non dicat, qui ipsi-
sima Bonitas es; nemo te melior,
quia ter optimus es. nemo locutus
est verius. si veritatem ergo locutus
est adolescens, laudari & amari di-
gnus est. at JESUS scrutator cordi-
um scit, quid cui respondeat: *ver-*
suta interrogatio ait S. Ambrosius
lib. 8. in Lucam & ideo acuta re-
sponsio. adulator ille vafer fuit &
censor pessimus, censuit enim Chri-
stum non esse DEum, bonum nihil
lominus appellavit, unde Christus :
quomodo tu me confiteri audes
bonum, quem diffiteris in animo
tuo DEum? seu ut Ambrosius: *quid*
me dicis bonum, quem negas DEum?
quid bonum dicis, cum bonus ne-
mo nisi solus DEus? neminem tu
vocaveris bonum, qui ipse malus es,
& ideo de Bono sentis malè, cùm
que bona loqui videris, sentiendo
interim malè non laudem sed vitu-
perium, non amorem sed odium,

non beneficium, sed supplicium
promereris.

Quare si apud DEum & homi-
nes bene audire volumus, sentia-
mus de proximo in bonitate, sicut
Joseph de Sponsa sua, sicut tres Re-
ges de Herode, sicut undecim disci-
puli de Juda. Dixerat Christus :
qui intingit mecum manum in paropsi-
de, hic me tradet Matth. 26. v. 23. nec
tamen mali quidquam bonus Apo-
stolorum chorus suspicabatur: *Cum*
enim longè à talis scelere abessent, nec
de aliis suspicabantur S. Chrysostomus
hom. 71. in Joannem. Tres
Reges querunt in alieno regno nè-
onatum Regem, nihil sinistrum de
Herode suspicati: *quia bona erant*
mente prædicti, tales quoque Herodis
mentem esse credebant ait Balthasar
Arias serm. 2. de Epiphania. Joseph
cùm esset justus, noluit traducere
grayidam virginem, quia possibilius
esse credebat mulierem sine viro
posse concipere, quàm Mariam
posse peccare ait S. Chrysostomus.
Voluit tamen dimittere quoniam
magnum Sacramentum in ea cognosce-
bat, cui approximare se indignum æ-
stimabat Origenes apud D. Thom.
in cat. Horum exemplo cogite-
mus de proximo mali nihil, de no-
bis verò boni nihil; & erimus boni,
boni valde.

§. 9.
Benè co-
gitare de
aliis Bo-
norū est,

Chrysost.
hom. 1. in
Matth.

§. 10.
Emblema.

Denique ut Problematis hodi-
erni resolutionem: *Qui & Quare*
mala cogitent in Emblemate assi-
gnem, Aquilam prope Corvinidum
colloco, quæ infastâ ave expulsâ,
ova pariter confringit, nè mali su-
perficit propago, nam Mali corvi ma-
lum ovū, inscribe lemma: *ab Ovo*
mala multa sequuntur. Vel Lilium
fingamus, in cuius cor five bul-
bum, qui speciem cordis refert, si a-
ter infundatur liquor, totum ni-
gref-

greditur lilium. lemma ; indicium militer ex malitia oris & operis præcordis. ex nigrore videlicet liliī invitatem cordis concludamus. affectionem radicis colligimus ; si-



PROBLEMA XXI.

Quid Vestis Nuptialis significet ?

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Matth.

22. V. 12.

§. I.
Cultiori
vesti ad-
scribit cō-
viva ad-
missionem
ad epulas.

Narrant mercatores arrant mercatores Florentinum in more positum habuisse, ut singulis Dominicis, festisque diebus ad frugale admitteret epulum, quotquot prandere unā liberet, dummodo honesto prædicti amictu comparerent. Accidit aliquando Civem ingenio, quam opibus locupletiorem ad mercatoris comparere januam, atque ad solitum prandium cupere admitti; verum quia laceris indutus erat vestibus repulsam pati debuit, donec comparato nescio unde honestior vestimento compareret denuo ad mercatoris ostium, ubi sine mora admissionem impetravit. Qui, dum prandium hilariter peractum esset, & convivæ cæteri modimperatori suo liberales referrent gratias, tunicam exxit, & non hospiti, sed vesti gratias egit, quod huic præ illo admissionem ad epulum deberet. Vesti itaque profundissimam reve-

rentiam exhibuit, osculum fixit, gratiarum verba protulit, & gratitudinem non sine spectantium joco, plansūque dixit. Quid si & hodierni Evangelici convivæ, gratias potius vesti, quam Regi egissent, quod ad nuptiales recepti epulas, lautissimè festivissimèque habitu sint? potuissent sanè, nisi vestem nuptialem non alteri, quam ipsimet Regi in acceptis referre debuissent; ab hoc enim non tantum gratosè invitati, sed & congruis vestibus donati sunt, ut nisi sordidi esse vellent, malè vestiti comparere non possent. Verum cum haec vestis Evangelica non corpus ornet, sed animam, (sicuti epulum non est sensuum, sed affectuum) querere meritò quis possit, quid ea vestis propriè significet, quā nos indui Rex supremus tantopere desiderat, ut non nisi bene vestitis convivium regale indulgeat, carceres alioquin & compedes, æternaturaque supplicia minetur? Omisis plurimis interpretum opinionibus,

Q

bus,

Problemata P. Philippi Hartung.